



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Instrvctio pro Parocho ad fidem faciendam de natalibus, & [a]etate ordinandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

alterius ordinis, nondum expletum est; tunc à suo Superiori scriptum afferat, quo testatum fiat, utile ac necessarium Ecclesia sux, Monasterio ve esse, secum dispensari super eo interstitio.

Quod si quis stata die non adfuerit, aut quæ ex præscriptis ad te pertinent, singula non bene nec satis testata fecerit, feciat se ab ordinatione, que statu eo tempore habebitur, exclusum fore.

**D**OMINICO autem promulgatio nis huius editi die, ob sacram ordinationem proximè futuram in singulis parochialibus ecclesijs processio de more agatur litanis ac supplicationibus publicis; in quibus vnuquisque secum mēte reputans, quam pauci operarij in messe multa sint, hoc Deum toto corde exo ret, vt qui Dominus est missis, ipse mitat operarios in messem suam, lumenq; nobis prebeat in ijs desigendis, quos ordinibus adscribamus, tum quos elegerimus, ope diuinâ illi adiuti in sanctitate & iustitia ei seruante, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes.

Quod ut eo nomine Deum populus supplex sepius oret, id illum singulis diebus Dominicis per mensem ante statam sacre ordinationis diem crebra cohortatione parochi inter Missarum solennia Dominico præterea die illam proximè præcedente, pastorales etiam nostras litteras de scripto accurate iterū recitent, tum diligenter etiam admonitione populum ad illud excitent, vt non modò supplications ob eam causam nostro Cœcilio provinciali secundo decretas, pie religioseq; tuc obeat; sed illis ipsis statis, qui sequuntur, sacre ordinationis diebus, frēquens in oratione purè sancteque versetur, tum qua die sacra ordinatio habebitur, qui in vrbe sunt, in Metropolitana ecclesia frequentissimi præsentes adint, huic orationis officio studiosius attenti, vt à Deo Sanctorum ope ijs fidelium precationibus impetrata, & nos ordines ijs conferamus, quos utiles operarios ecclesia Dei postulat, & qui ordinis suscipiunt, in dies progressus maiores in vite morūq; sanctitate, religione, doctrina, atque prudentia faciant, ijsq; virtutibus adiutrice diuina gratia aucti, cū exemplum pie sancteque agendi laicis per-

petuō prebeant, tum Deo in primis, cui in ministerium dicati sunt, grati ministri, pro populo intercedeentes, coelestis diuina gratia misericordieq; munera vberiora impetrēt; ipsiq; digni sint dominis & priuilegijs, q; singularia, & Deo, & ecclesia ministris suis benignè cōcessit.

#### Indictio diei sacræ ordinationis.

C A R O L V S  
S.R.E.Presbyter Cardinalis tit. Sanctæ  
Præxedis, Dei & Apostolice Sedis  
gratia Archiep. S. E. Mediol.

**A**VXILIANTE Domino Deo, ac Saluatore nostro Iesu Christo, nos ex lancē matris Ecclesiæ instituto, sacram ordinationem in nostra Metropolitana Ecclesia solēniter celebraturi sumus proximis statis quatuor tibis, die scilicet Sabbato mēsis N. proxime futuri. Quare editum nostrum de sacra ordinatione editum, vt omnibus, ad quos spectat, notū sit; intra Missarum solennia in nostra Metropolitana Ecclesia de suggestu cum nostris pastoralibus eo de genere editis, & his etiam nostris indictiōnis diei sacræ ordinationis literis legi; atque in eius item valuis, vt moris est, affigi; & quod præterea præulgatus sit, a parochis omnibus & singulis, tam in urbe quam in diœcesi, die Dñico proximo postquam has Archiepiscopales literas acceperint, hoc idē fieri mandamus. omnes verò & singuli, quicunq; vel clericali tonsura, vel aliquo ordine initiādi sunt, vt omnia & singula præstant atque exequantur, quecumque edito illo nostro de sacra ordinatione præscripta sunt, his nostris literis edicimus, atque monemus. Dat. Mediolani ex aribus nostris Archiepiscopalibus, Die

I N S T R U C T I O  
Pro Parocho ad fidem faciendam de natibus, & etate ordinandi.

**P**RIMO videat, an ordinandi nomen, cognomen, & baptissimi tempus reperiire possit in libro illo, in quo baptizatorū nomina ex more & presertim S. Concilij Tridentini notantur. Et si inueniat, exemplum ex illo libro

K exscri-

exscribat, ac suo, & duorum, si commode fieri possit, testium manu obsignatum mittat, vt confitare possit, quo tempore ordinandus fuit baptizatus.

Similiter ex libro matrimoniorum capiat exemplum si reperiatur, vt probetur legitimum matrimonium inter parentes ordinandi contractum.

Si haec non reperiuntur, & ad maiorem fidem, vt confitetur an ex legitimo matrimonio, & ex quibus parentibus, & quo tempore natus sit ille qui ordinari cupit, parochus testes fide dignos, vicinos, parentes, & alios qui ordinandum norunt, examinet hoc modo.

In praesentia duorum proborum, viorum, vel vnius notarij, si commode repetriatur, deferat cuilibet testi iuramentum de veritate dicenda circa etatem; & natales ordinandi.

Tum separatim, & secrete coram eodem notario vel duobus testibus examinet quemlibet testem, & eius dicta scribat, cum interrogando primum.

1. An nouit N. qui fuit denunciatus in Ecclesia, & vult ordinari.

2. An nouit eius parentes, & quanto tempore, & qua occasione eum nouit.

3. An sciat, quod N. sit eorum filius, & quomodo sciat.

4. An sciat, quod eundem N. illi quos eius parentes testatur, pro suo filio aliuerint, tenuerint, ac tractarint. Et an communis voce & fama omnium, eum pro talium filio haberi & reputari sine ulla suspicione contrarij sciat.

5. An sciat quo anno, mense, die sit natus, & ubi natus sit, & qua occasione memoria teneat annum, messem, diem, locum nativitatis eiusdem. N. & occasionem huiusmodi memoria speciatim declarat, dicendo (exempli gratia) quia eodem anno seu mense ego vxorem duxi, vel fuit mihi nata prole<sup>is</sup>, vel ex sacro fonte suscepisti. N. vel mea proles, vel vxor, aut pater, mater obiit mortem eodem mense, vel tale signum aliud ostendat, quo se tepus nativitatis eiusdem. N. memoria tenere probet, cum sine tali nobilis signo hominum memoria soleat esse labilis circa tempus diu præteritum.

Tum rogetur, an sciat N. esse legitimè natu ex iisdem parentibus, videlicet ex le-

gitimo matrimonio, & quomodo sciat eosde parentes esse coniuges legitimos.

1. An fuit presentis quando se coniunxit eo matrimonio per verba de praesenti, & an illa verba audiuit.

2. An vero audiuit duntaxat dici, & a quibus, & quandiu.

3. An in illa parochia omnium iudicio, & voce publica ac fama habeantur pro viro & vxore sine ullo rumore in contrarium iudicem parentes N. ordinandi.

4. An simul cohabitent, & se inuicem trahent, populo sciente, tanquam coniuges, & quomodo, quare, & quamdiu ille id sciat.

5. An ille signum aliquod notabile tenet memoriam, quo adducitur, vt tempus, & locum matrimonij contracti, & coram quibus contractum fuit, iam post annos recordetur.

Pater, & mater quoque ordinandi possunt examinari, de etate sui filii, & de suo quoque proprio matrimonio, vt videatur, quomodo cum testibus concordat.

Si ipse parochus aliquid nouit de etate ordinandi, & matrimonio legitimo parentum eius, testari id in schedula scribendo sua manu poterit, & in verbo sacerdotis significare se veritatem dicere: causamq; sua scientiae, secundum ea que superius notata sunt, exprimat.

Prudenter utatur parochus instructione superiori adnotata secundum testium qualitatem, & affutiam vel simplicitatem; vt simpliciores iuuet istis interrogacionibus ad testificandum veritatem directe, & concludenter; affutos vero non instruat ad falsum deponendum, eos particulariter rogando, quos potius expedit generaliter rogari de causa sue de positionis, seu scientiae.

Formula di denonciare, o pubblicare ai popoli nella Messa in giorno di festa, quelli che hanno d'esser promossi agli ordini.

SI notifica alle charità vostre, come N. figliuolo di N. della terra di N. è per promouersi all'ordine del N. & però se alcuno di voi sapesse, che fosse impedimento alcuno, per il quale non possa esser promosso à detto ordine, venga a notificarlo à me N. ouero vada

ano-